

Nihil a te littere gratiores nobis fuisse quam postremo;  
tum quod de reditu tuo certiores nos fecerunt, tum quod  
utrumque nostrum tandem satisfecisse tibi scribis, et presentim  
me Sapphicis istis versibus, quod maxime gaudeo. Quod  
multa eorum apud I. Secundum olim te legere, neque  
illum imitatum esse dicas, id factum non nego, imo  
laudi mihi ducis tam eximium Poetam imitari, nam  
quid alioqui Virgilium, quid Ovidium, quid alios  
opus est legere, si non imitemur? quia ipse Ios. Secund.  
quem ego imitatus sum ex Horatio sua descripsit, cur  
et illud mihi minus liceret? desine igitur posthac  
plagii vel furti meo incusari, nam non magis ego in-  
cusandus sum quam ille. Et Etopoetiam meam te tam  
diu promissam esse dicere miror, cum ante octo dies  
primum componere inceperim, sipe quidem in animo  
habui, etiam ante discussam tuam sed nimium mihi  
diffidebam, iam tandem sepius tentando incipi, et  
breui absolutam, ut spero, ad te missurus sum. Velim  
et tu si tempus aut otium sit aliquando versiculos

aliquos ad nos mitteris, ut videamus an tibi, qui  
me incusas, ipse aliquid ex tua plebeia se promerere  
possis. Vale Patre ~~amantissimo~~ amarissimo. Haga com  
iii<sup>o</sup>. Id. April. 1715

Tui observantissimus

Const: Huygens